Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26453
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Mandragora est herba aromatica cuius radix similitudinem habet humani corporis. poma eius optimi sunt coloris in similitudine martialis pomi quod nostri malum terre uocant. hec herba rebus medicinalibus aptissima est. Hanc ferunt eos qui incommodo uigiliarum laborant. hausta huius pomi refocilari et posse dormire. Item ferunt qui obscura secandi sunt. si extensione huius pomi corticem biberint eos non sentire sectionem. vel adustionem. hec omnia mystice intellegenda sunt in ecclesia. Mandragora flagranciam rerum uirtutum significat. que in portis ecclesie est. i. apostolis. vel successoribus eorum reclolet. quia ipsi per orbem terrarum predicando odorem bone operationis effundunt. Mandragora propter multimoda medicaminum genera. sanctorum uirtutibus comparantur;

i. paruulorum meorum pedagogas quibus
ibi dabo tibi ubera
omnibus perficiuntur. ludei.
mea. Mandragore
dederunt odorem in
apostolis. precepta
portis nostris. omnia poma
siue promissa noui testamenti et veteri.
noua et uetera di
lecte mi seruaui tibi;
orancium aduentum xpi.
Vox antiquorum iustorum de xpo. Quis mihi det
xpm
te fratrem meum sugentem
ubera matris mee ut
in carne .i.
inueniam te foris et de
presentialiter tangam te.
osculer te. etiam me
nemo despiciet. Appa

Porta ecclesie doctores sunt sancti. in huiusmodi portis dant mandragore odorem suum. cum spirituales quique et se uirtutum palmam longe lateque spargunt.

Poma noua et uetera. precepta siue promissa sunt noui testamenti et ueteris. que omnia ad eius gratiam refert ecclesia.

Idem cum facie ad faciem uidebo. et ore ad os loquar. ante aduentum xpi. inter angustias iudee tantum fuit ecclesia. post ascensionem in toto mundo dilatata fuit et uenerabilis. Idem facis me potiora dona sperare quam lege habuissem,